

*Das quoque materiam, quo prodeat hoc opus olim
In lucem, et vitam te duce suscipiat.*

typis vero admovit *Jac. Wimpfelingius* in percelebri Officina Phorcensi *Thomae Anselmi* anno M. D. III. f. Hinc recusum est eodem cultu *Augustae Vindel.* in *Typographeo Praetoriano* anno M. DC. V. atque inde in *Editio- nem Opp. Hrabani* nostri *Coloniensem* transit, ubi T. I. anno M. DC. XXVI. excuso pag. 273. vifitur. Cum vero in hac editio- ne multa defint, quae tardius lu- cem videre, vel plane etiamnum in scriniis delitefcunt, *Hrabani* Opuscula, optandum effct om- nino, ut post feculum, et quod excurrit, talis, qualis *Magistro Alcuino* anno M. DCC. LXXVII. obtigit, obtingeret etiam *Disci- pulo Frobenius*, quo casu et re- censitus hic Codex ob lectionis varietatem, et plura alia *Hra- bani* per decursum memoranda ex Aug. Bibliotheca Caesarea usui esse possent.

CCLXXXII.

671 Codex membraneus lat. Sec. IX. et Autori fortasse coevus,

Editio.

- Pag. 192. *Domino Optimo
Victoriam — pareat.*
193. *quae decenti.*
194. *occideretur Saul.*
195. *leuiori sermone.*
homini subiacere
196. *propter dominum*

formae paene quadrae, Folior. 80. 4. probe scriptus et rubricis insignis *Rabani Mauri* e Mona- cho O. S. B. Archiepiscopi *Mo- gunt.* a. 856. vivis exemti Opus *de Virtutibus et Vitiis* e sacris Literis lectum continet, quod li- tera miniata quadrata inscribitur: *Domino Piiissimo Hludouico Au- gusto Honor Et Victoria Et Sa- lus Perpetua.* Συραγμα istud, quod *Ge. Colvenerius* ad edi- tionem *Operum Nostri Colon.* 1627. f. nancisci nequirit, edi- derat tamen, qui tot Veterum monumenta a situ, tineisque vin- dicavit, *Wolfg. Lazius* jam *Antverp.* 1560. 8. cum *Frag- mentis quibusdam Caroli Magni Imp. Rom.* ut ait, *Aliorumque incerti nominis de veteris Eccle- siae ritibus ac ceremonijs*, ubi p. 190. orditur. Codice nostro usum fuisse *Lazium*, infra patebit, at negligenter excripsisse, vel ea probant, quae in sola, quam contuli, *Praefatione* ad dictum *Ludovicum Pium* in Nostro rec- tius leguntur. Juvat ea subji- cere:

Codex.

- Fol. 2. *Deo Omnipotenti.*
Pariat.
Distanti.
3. *Occideret.*
4. *Leniori.*
Subjicere.
5. *propter Deum.*

Editio.

1029

P A T R I S T I C I

1030

Editio. (sic) 200.
Pag. 199. omiffum post: *super se constitutis,*
200. *cum ipfo agendum fit.*
201. *sicut multiplici.*
202. *in hoc opere propofui- mus.*

Initium porro Praefationis hujus est: *Quam grata fit ergo Deo Omnipotenti fides et humilitas atque modestia &c.* Excipit illam litera quadrata Epigramma, quod

Collectoris enim nomen si noscere quaeris.

Maurus dicor ego. Tu sine fine uale.

Disticho 4. *Lazius* male *Sordibus* pro *Sordidus*. Post hoc Epigramma habetur in *Codice* Elenchus XL. *Capitulorum*, quibus Opus definitur, quique ad amuffim cum *Laziano* concordat. Tum fol. 111. p. 2. Cap. I. ita inchoat: *Scriptum est in Deuteronomio. Audi Israel quid dominus deus tuus petit a te &c.* Ultimium definit: *Expectantes beatam spem et aduentum gloriae magni dei et saluatoris nostri Ihesu Christi.* Est vero tota Tractatio cento paene perpetuus locorum S. Scripturae ad propositum conducentium et scite inter se nexorum, nec confundenda cum altera *Rabani de Vitiiis et Virtutibus*, quae *Libris* III. constat, in edit. *supracit.* legitur T. VI. p. 125. a nobis exhibita est *Codd.* seq. et DCCC. et

Metrica tirones nunc promant carmina castos &c.

Codex.

Fol. 7. *cum modestia et lenitate.*
8. *cum ipsa.*
9. *Sicque. Praeposui- mus.*

Lazius anteposuit: *Rure morans flexo &c.* cuius sexto et ultimo Disticho nomen Autoris proditur:

a *Fabricio* five ejus Continuatore *Schoettgenio* *Bibl. med. Lat.* L. XVII. p. 27. perperam pro nostra praesente habita. Ad illam adludit fortasse *Rabanus*, dum sub finem *Praef.* nostrae scribit: *Plura jam in alio libello de eadem re excerpta vobis transmisimus.* Dixi supra, *Codice* nostro usum fuisse *Lazium*; video enim Editioni ejus partim praetextos partim subtextos *Versiculos*, qui nulla ratione ad *Rabanum* pertinent, in *Codice* vero nostro eadem prorsus ratione, manu tamen Seculi XII. scripti, Opus *Rabani* circumdant. Sunt illi acrosticha et telosticha Praefatio *Aldbelmi* in Librum suum *de Virginitate*, de quo *Cod. DCXII.* egi, hujus initii:

1031

C O D I C E S

1032

non tamen integra; versu nempe
26. abrumpitur. Lectio per su-
dum pro per ludum etiam hic, ut
Cod. mox cit. stabilitur. Cetera
cum edit. Canisii conspirant.

CCLXXXIII. VII. E. 2

320 Codex membraneus lat. Sec.
falterm XI. Folior. 200. f. per 2.
Columnas probe exaratus, me-
liorisque notae constat sequenti-
bus: I. Tractatu de principalibus
Vitiis et Virtutibus. Noveram
argumentum istud a Juliano Po-
merio jam Sec. V. agitatum fuisse,
sed vix lectionem ingressus
Cap. I. Gregorium in Job citari
deprehendi. Itaque ad Rabanum
Maurum delapsus sum, cujus T.
VI. Coloniae 1626. p. 125. In-
stitutio haec legitur, diversa ab
illa ejusdem Autoris, quae Edi-
tores Colonienses fugit, licet jam
a. 1560. cura Wolfg. Lazii ti-
tulo de Virtutibus et Vitiis Ant-
werpiae 8. lucem aspexerit. Ha-
bet porro nostra Praeloquium hu-
jusmodi: Cogitans ergo mecum
quo modo christiano populo aliquod
solatium preberem. quo melius con-
tra antiquum hostem configere pos-
set. et christi gratia donante ad
victoriam veram peruenire. excerp-
si de sanctorum et catholicorum pa-
trum scriptis aliqua testimonia. un-
de qui uellent opuscula nostra le-
gere. et coram quibus labor noster
despectus non est. aliquod adiuto-
rium acciperent ad regendum semet
ipsos. et alios ad meliorem uitam
corrigenos. Primum de octo prin-
cipalibus uiciis et remediis contra

eos (sic) opponendis. Deinde de
uirtutibus sacris. et laude earum
scribere decernimus. et sic ad ue-
ram confessionis humilitatem. et
ad poenitentiae remedium stilum
uertere cogitamus. Verum de ulti-
mo hoc argumento, siue Libro
III. qui in Editis incipit p. 130.
nihil in nostro Codice. Praelo-
quio subicitur Elenchus Capitum
Libri I. quae numero sunt XVII.
tractantque de Superbia, uana
Gloria, Inuidia, Ira, Tristitia,
Auaricia, Gula, Luxuria, sub-
jectis cuique Remediis. Cap. I.
in quo simul omnis horum vitio-
rum propago edifferitur, incipit:
A paradisi gaudiis postquam expul-
sum est genus humanum. octo cri-
minalia in filios adae originaliter
dominantur uicia &c. Liber II.
Capita censet X. De Uita actiua,
de Uita contemplatiua, de Fide,
de Spe, de Caritate, de Virtute
in genere, de Prudencia, de Iu-
sticia, de Fortitudine, de Tem-
perancia. Ultima Operis: Satis
ut opinor ex tribus gradibus caele-
stibus scilicet fide. et spe. et cari-
tate. nec non et uirtutibus quat-
tuor. quibus ad culmina uirtutum
ascenditur. est disputatum. Nota,
Opus etiam Halitgario Camerac.
tribui ex Canisii Lect. antiq. in
Bibl. PP. Lugd. T. XIV. p.
909.

II. fol. 20. Incipit Expositio
Bede in Cantica Canticorum. Ini-
tium: Osculetur me osculo oris sui.
Salomon inspiratus diuino spiritu
composuit hunc libellum de nuptiis
christi et aecclesiae &c. Si re ip-
sa Bedae sit Commentarius iste,

ut

2026-06-28